OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=10159 page 1/4
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 829
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

CCLVII. IX.g.18.

624 Codex membraneus lat. Sec. ſaltem XII. Folior. 34. 4. ſed quorum magna pars humore quondam vitiata difficulter leguntur, nitide cetera ſcriptus, rubricisque diſtinctus *Leonis M.* Pontificis *Rom.* a. 461. ad Superos translati complectitur Epiſtolas numero LXII. partim ante, partim vero poſt Concilium *Chalcedonenſe* exaratas, quarum Inſcriptio: *Epiſtolę Leonis Papę Contra Hereticos.* Earum hic Elenchùm dabo indicatis Numeris, ſub quibus in Edit. *Balleriniana Opp. omn. Leonis Venetiis* 1753. T. I. continentur.

	Ballerin.
I. *Theodoſio Aug.*	XXIV. lat.
II. *Flaviano Ep. CPolitano.*	XXIII. lat. et gr.
III. *Theodoſio Aug.*	XXIX. lat. et gr.
IV. *Pulcheriae Aug.*	XXX. lat. et gr.
V. *Flaviano Ep. CPolitano.*	XXVIII. lat. et gr.
VI. *Iuvenali Hieroſol. Ep.*	XXXV. lat. et gr.
VII. *Juliano Ep.*	XXXIV. lat.
VIII. *Synodo quę apud Epheſum convenit.*	XXXIII. lat. et gr.
IX. *Fauſto et Marino Presbyteris.*	XXXII. lat. et gr.
X. *Theodoſio Aug.*	XXXVII. lat.
XI. *Flaviano Ep.*	XXXVIII. lat.
XII. *Theodoſio Aug.*	XLIV. lat. et gr.
XIII. *Pulcheriae Aug.*	XLV. lat. et gr.
XIV. *Fauſto, Martino, Petro et Emmanueli Presbb.*	LI. lat. et gr.
XV. *Clero, Honoratis et Plebi CPolit.*	L. lat. et gr.
XVI. *Theodoſio Aug.*	LIV. lat.
XVII. Sine inſcript. ſed *Pulcheriae Aug.*	LX. lat.
XVIII. Sine inſcr. ſed *Martino et Fauſto Presbb.*	LXI. lat.
XIX. *Theodoſio Aug.*	LXIX. lat.
XX. *Pulcheriae Aug.*	LXX. lat.
XXI. *Fauſtino et Martino Presbb.*	LXXV. lat.
XXII. *Martiano Aug.*	LXXVIII. lat.
XXIII. *Pulcheriae Aug.*	LXXIX. lat.
XXIV. *Anatholio Ep.*	LXXX. lat.
XXV. *Juliano Ep.*	LXXXI. lat.
XXVI. Sine inſcript. ſed *Marciano Aug.*	LXXXIII. lat.
XXVII. *Pulcheriae Aug.*	LXXXIV. lat.
XXVIII. *Anatholio Ep.*	LXXXV. lat.
XXIX. *Juliano Ep.*	LXXXVI. lat.
XXX. *Paſchaſino Ep.*	LXXXVIII. lat.
XXXI. *Martiano Aug.*	XC. lat.
XXXII. *Anatholio Ep.*	XCI. lat.

2026-05-12

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=10159 page 2/4
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 829
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

XXXIII. *Juliano Ep.*	XCII. lat.
XXXIV. *S. Synodo Nicaeae conſtitutae.*	XCIII. lat. et gr.
XXXV. *Martiano Aug.*	XCIV. lat.
XXXVI. *Pulcheriae Aug.*	XCV. lat.
XXXVII. *Martiano Aug.*	CIV. lat. et gr.
XXXVIII. *Pulcheriae Aug.*	CV. lat.
XXXIX. *Anatholio Ep.*	CVI. lat. et gr.
XL. *Juliano Ep.*	CVII. lat.

Ad calcem hujus Epiſtolae majuſculis miniatis legitur : *Expliciunt Epiſtolę Sanctiſſimi Pape Leonis Quę Sancto Calcedonenſi Concilio Sunt Premiſſę. Incipiunt Quę Poſt Geſta Subſecutę ſunt.*

Codex igitur noſter ad id genus Collectionum *Epiſtolarum Leonis* pertinet, quod *Ballerinii* Fratres *Praef.* §. XVIII. *col.* 537. *Chalcedonenſe* adpellant. Proſequitur porro:

XLI. Sine inſcript. ſed *Synodo Chalcedone habitae.*	CXIV. lat. et gr.
XLII. *Maximo Ep. Antiocheno.*	CXIX. lat.
XLIII. *Juliano Ep.*	CIX. lat.
XLIV. *Ravennio, Ruſtico, Venerio* &c. *Epp. Galliar.*	CII. lat.
XLV. *Martiano Aug.*	CXV. lat. et gr.
XLVI. *Pulcheriae Aug.*	CXVI. lat. et gr.
XLVII. *Juliano Ep.*	CXVII. lat.
XLVIII. *Martiano Aug.*	CXXI. lat.
XLIX. *Juliano Ep.*	CXXII. lat.
L. *Eudoxiae Aug.*	CXXIII. lat.
LI. *Martiano Aug.*	CXXVI. lat.
LII. *Juliano Ep.*	CXXVII. lat.
LIII. *Iuvenali Ep.*	CXXXIX. lat. et gr.
LIV. *Martiano Aug.*	CXXX. lat.
LV. *Protherio Ep.*	CXXIX. lat.
LVI. *Juliano Ep.*	CXXXI. lat.
LVII. *Martiano Aug.*	CXXXVI. lat.
LVIII. *Martiano Aug.*	CXLII. lat.
LIX. *Anatholio Ep.*	CXLIII. lat.
LX. *Juliano Ep.*	CXLIV. lat.
LXI. *Leoni Aug.*	CXLV. lat.
LXII. *Leoni Aug.*	CLXV. lat. et gr.

Adhaerent, ut in Edit. *Exemplaria teſtimoniorum diuerſorum ſanctorumque patrum.* En itaque egregii *Codicis* hujus Contenta, qui *Balleriniis* quamvis *duorum*, ut ajunt in *Praef.* p. XVI. *prae-*

2026-05-12

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=10159 page 3/4
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 829
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

ſtantiſſimorum exemplarium Collectionis Hiſpanicae et Quesnellianae collationem diligentiſſimam e Bibliotheca noſtra nactis ignotus manſit. Lectionis in eo ab Editis Varietas nullius ferme momenti. Notae chronologicae pauciſſimis Epiſtolis adſunt. Epiſtolae *Tertiae* praefixae, non ſubjectae ſunt. Idem accidit Epiſtolis *Decimae Sextae*, et *Decimae Septimae*, quarum inſuper et Notae ab Editis variant; in his enim datae ſunt VIII. *Kal. Jan.* et XVI. *Kal. Apr.* nobis vero III. *Id. Oct.* et VIII. *Kal. Jan.* Epiſtolam noſtram XLIII. et LX. *ad Julianum Ep. Coenſem*, quas e *Cod. Ratisp.* primi *n.* CIX. *col.* 1177. et *n.* CXLIV. *col.* 1299. vulgavere *Ballerinii*, totas hic minutim conferre viſum:

Codex.	Editio.
prędicatoribus	*Prædicationibus*
Retorquendum in ipſius ſotios eſt eius exitium.	*Retorquendo in ipſius et ſociorum ejus exitium.*
appareant.	*appareat.*
totum quod diu texerat.	*totumque quod* &c.
extorqueant.	*extorqueat.*
filii lucis debent metuere filios.	*debent filii lucis filios metuere.*
qui ſe perire malunt, quam reſipiſcere. Proſpicere eſt, ne ſua impunitate	*Qui ſi perire malunt, quam reſipiſcere, proſpiciendum eſt, ne impunitate ſua.*
adiuuabant.	*adjuvant.*
cum ſotiis ſuis.	*cum ſuis ſociis.*
aliqua ſimplicitas	*aliquorum ſimplicitas.*
ab inſtigatione magiſtrorum.	*ab inſtigationibus peſtilentium mag.*
priorum animos	*piorum animos.*
qua incarnationem domini.	*quia incarnationem verbi.*
Neſtorium euthicen — debellaret.	*Neſtorium et Eutychen — debellarit.*
Omittitur:	*Eutychis et Dioſcori ſectatores.*
Omnium ſacerdotum.	*Omnium Domini Sacerdotum.*
in auctoribus pręſciti.	*in auctoribus ſuis præſciti.*
iam ſe non occulere.	*jam non ſe occulere.*
deſtructionis moderamine	*diſtrictionis moderamine.*
bonos mores.	*mores bonos.*
reprobata ſocietate.	*diſſipata ſocietate.*
ita quorundam conuitiis.	*ita conviciis.*
dolendę ſunt.	*ſunt dolendæ.*
amplectitur	Non video, cur legendum: *amplectebatur.*

2026-05-12

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=10159 page 4/4
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 829
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

ſaniori ſe concilio.	*ſe conſilio ſaniore.*
virus auxerunt.	*virus hauſerunt.*
ipſe elegit.	*ille elegit.*
Nec ambigendum.	*Nec ambigendum eſt.*

Epiſtola LX.

Gratias ago Deo.	*Gratias Deo.*
ſacramentum pertinent.	*pertinent ſacramentum.*
quos dei ſpiritus.	*quos tecum dei ſpiritus.*
perpetem eccleſię pacem ſecura mente.	*perpetem Eccleſiae tranquillitatem ſecura pace.*
plenius iudicare	*plenius indicare.*

Vides et hic pauca eſſe, quae Editis praeferas. Demum, quod ad PP. Teſtimonia Epiſtolae *ult.* adnexa ſpectat, *Hilarii* Excerpta ab his verbis incipiunt: *Humani etenim generis cauſa dei filius* &c. Excerptum IV. *Hinc itaque fallendi ſimplices* &c. omittitur, et tota ſeries abrumpitur in *Ambroſii* Excerpto IV. his verbis: *quod nunquam noſtri ſenſere majores.*

CCLVIII. VIII. C. 16

198 Codex membraneus lat. Sec. partim IX. partim XI. Folior. nunc 99. f. rubricis diſtinctus, praemiſſo brevi *Indiculo* ſequentia complectitur: I. *Proſperi Aquitani* Scriptoris Sec. V. *Auguſtini* amici et ὑπερασπιςȣ *Epiſtolam* ad *Rufinum* quendam circa an. 429. ſcriptam hoc titulo miniato et quadrato: *Incipit Epiſtola Proſperi. De Gratia Et Libero Arbitrio Ad Rufinum.* Initium: *Domino Fratri Dilectiſſimo In Chriſto et merito uenerabili rufino. proſper ęternam ſalutem dicit; Accepi per communem amicum fraternæ erga me ſollicitudinis tuę ſigna* &c. Dividitur poſt medium quaſi in *duo* Capita; ab illis enim verbis: *a non intelligentibus ſemper opponitur*, interjectum eſt charactere rubro quadrato: *De Eo Quod Scriptum Eſt Qui Vult Omnes Homines ſalvos Fieri.* Id quod etiam in Edit. *Lugdun.* 1539. p. 91. obſerves, non vero in *Lugdun.* 1672, quae *Heptadi Praeſul.* adhaeret, p. 86. nec in Append. T. X. *Opp. Auguſtini* edit. *Maur. col.* 168.

II. *fol.* 10. charactere, ut ſupra: *Incipiunt Reſponſiones Eiusdem.* Id eſt contra Objectiones *Gallorum*, datae circa finem an. 430. aut initium ſequentis. *Praefatio. Doctrinam quam ſanctę memorię auguſtinus epiſcopus* &c. Reſponſiones ipſae inſcribuntur: *Incipiunt capitula calumniantium quibus reſpondetur.* Et ordiuntur: *Quod ex prędeſtinatione dei velut fatali neceſſitate* &c. Habetur hoc Opuſculum in edit. *Lugd.*

2026-05-12